

ostendit qualiter diuidantur per quatuor eleminta, & dicit quod lapis ouorum non est multum necessarius huic operi, & tractat de cominxitione ouorum & tartarucarum, & agit de præparatione vniuscuiusque elemen- ti ouorum, & scias quod terra figit.

In capitulo tertio agit de lapide herbari, id est de capillis. Ostendit qui & quales accipiuntur, & de quibus hominibus, & cuius astatis: prius loquitur philosophice & obscure: pōst docet qualiter abluantur in vase vitreo vel vitreato: pōst docet qualiter inhumetur: pōst loquitur philosophice, & de ponderibus philosophice & obscure ostendit magisterium quod non videatis: post inhumationem capillorum diuidit capillos per 4. eleminta, & tractat de præparatione elemen- rum: post ostendit qualiter abluatur terra triū lapidum.

In capitulo quarto loquitur de alexiris lunæ, & quædam philosophica interponit de cōuiuio, de caulibus, & alijs, de dalfine, pōst exponit, pōst docet quid debeimus intelligere per salem armoniacum. In alexire lunæ si- gnificat terram, in alexire solis significat ae- rem, & agit de dentibus diaboli, id est, de fortitudine seculi, & fortitudo quan- doque significatur per salem ar- moniacum, aqua aquilæ est aqua lapidis.

D I.